

possessione quis presumatur Dominus, Bart. con.
209. lib. i. idem in l. 2. C. ne vxor pro marito. Conclu-
dit Actionem probatam.

An elisa?

Primum Rei fundamentum est, euictionem d. Catharinæ non legitimè factam, ex quo appellationem suam contra Appellantem fundarit, super contractu usurario: ut quia suam Gültver-schreibung / plusquam sex cum dimidio florenos in auro, pro centum, continet. Quæ quidem exceptio, quatenus modus excessus est, contra constitutiones Imperii, von wucherlichen Contractu de Anno 1530. An. 48. An. 70. relevans est: Contractus tamen ob hoc, non totus nullus est, vel annullatur, tanquam usuratus: Sed solum in eo, quod excedit, hoc est, in ea parte, quia stipulatum & promissum est aliquid, ultra preciu[m] receptum. Foller. d. loco. verb. nil ultra percipiat, à m. 4. usque 23. vbi late pro & contra, & sic tale pactum duntaxat vi- tiatur, non autem viciat, & contractus, tanquam excessius, moderandus est ad legitimum modum: Molin. de contract. usur. q. 10. n. 139. q. 52. n. 377. q. 80. n. 614. l. eos. § si quis autem. & l. placuit. l. de iur. leg. pro murua. si cert. pet. Hinc impurandum Appellato, quod in d. causa euictionis non exceptit contra obligationem Catharinæ, & ultra legitimum modum se grauari passus est. Non enim debuit acquiscere sententia eius, tanquam contra expressam Constitutionem Imperii. Vant. de nullitate ex defectu process. num. 118.

Secundum fundamentum est, Actorum recursum habere contra aliam Brismani domum, sitam in Vanstræ, tanquam specialem suam hypothecam, qua etiam tunc temporis contentus fuerit, vt in d. Kauffbrieff litera A. de quo etiam Neguz. de pign. i. memb. 8. part. n. 20. vbi ex l. 2. C. de pignor. tradit: quod quando creditor habet specialem & generalem obligationem, tunc debet agere secundum ordinem ibi præscriptum. Respondet: Quod illa ipsa domus quantum conicit ex Actoris Kauffbrieff A & Gerhardi Hartkens Kauffbrieff n. 10. Item ex 3. defensionali coniunctis simul exceptionibus & Replicis primæ instantiæ etiam d. Ferck. specialiter hypothecata fuerit: nihilominus quia anterioribus pensionibus, ac centum floren. in auro, plusquam valuit, onerata est (vt in d. Replicis, & in 7. defensionali, & pro verificatione se refert ad besigelten Schöf fenbrieff de dato 21. Ianuarii, An. 68.)

D. G. Correferens: causam esse planam & expeditam, concludit cum Referente.

Ita & reliqui domini.

Sementia: Benè iudicatum, male appellatum, Doch das gedachte Appellanten ihme dem Appellanten mehrers dann fünff von hundert Goldgilden zu bezahlen nicht schuldig. Compensatis expensis.

V O T V M XIX.

In causa Nobilium T. & Consorten von St. Appellantem/ contra L. zu Hild.

S V M M A R I A.

- 1 Res iudicata pro veritate habetur, & facit de albo nigrum.
- 2 Desententie viribus, quæ rei iudicata authoritatem adepta est, amplius non est indagandum.
- 3 Mulier, sicut de iure communii alios contractus facere potest, ita & compromissum.
- 4 Fidei præstatio, id est, etwas zu halten angeloben / aequiparatur iuramento, & si fides non seruetur, conuenientes in perjurium incident, suntq[ue] infames.
- 5 Eventus causa decisionis cum utrinque par dubius, nullus potest dici per pactum aliquod in compromisso adiectum grauatus.
- 6 Arbitri potest esse, etiam nulla adiecta pena, vel ignorare.
- 7 Compromissum, si iuramentum est præstitum, nibilominus tenet.
- 8 Iuramentum præstitum est seruandum, & iuramentum illud, quod absque interitu salutis eterna seruari potest, de iure Canonico valet.
- 9 Contrahentes iuramenti ratione, invi. Canonico, quod tale iuramentum valere vult, subiciuntur, quod, ratione iuramenti, in terris Imperii etiam obtinet.
- 10 Arbitrium, quando contra tenorem Authent. decernimus, est iuratum, licet non pariat actionem; de iure tamen Canonico, iurans ad obseruantiam illius compelli potest.
- 11 A sententia arbitris infra dies decem appelleatur, tunc appellans videtur approbare sententiam, tanquam latam.
- 12 Tutoribus autoribus, in negocio ipsorum omnium consuni, pro indutio, quod geritur, per eosdem improbari non oportet.
- 13 Filius minorenis factum matris & tutorum suorum (ipsius minorenii nomine nimirum) tanquam factum, sive pactum alienum, quæ si ipse tertius eo non obligetur, impugnare non potest.
- 14 Iurisdictionem Camerae ipsæ partes prorogare possunt; immo & ipse quoque index.
- 15 Appellatio in Camera tanquam deserta, neutiquam recipienda censemur.
- 16 Presumptio iuris, & de iure, pro ipsa veritate habetur.
- 17 Autoritas rei iudicata, ob non interpositam à confirmatoria sententia appellacionem, primam arbitrorum sententiam adeo corroborat, vt sententia illius vigore, Actoribus facultas & ius retroemendi admittatur.
- 18 Verba contrahentium dant legem contractui, & contractus ex conventione legem accipiunt.
- 19 Verba, Vnde est collectuum.
- 20 Verba, Vnde in jenen sunt distributiva.
- 21 Verba, Solent est obligatorium & præceptuum.
- 22 Verba, Wollen vnu[m] mögen / sunt mere facultatis.
- 23 Iniquum est, in plures personas distingi eum, qui quasi cum uno tantum contraxit, vel certe contrahere voluit.
- 24 Verba in favorem emporis prolatæ, non in ipsius odio.

- um, sed potius contra venditorem eiusve heredes sunt interpretanda.
- 25 Verba in contractibus positiva, non debent esse ociofa, & sine effectu operandi.
- 26 Particula copulativa, Nos Titius & Gaius, &c. obligationem in viriles partes dividit.
- 27 Ex natura contractus retrovenditionis fundi, veniunt rei traditio, & preci solutio. Siquid, natura dividua sunt ibi. 28. Quid tamen ex voluntate contractuum limitationem accipit, n. 29.
- 30 Promissio ubi simpliciter facta, & nihil de partibus est actum, iudicium in obligatione esse, censendum est: non quidem natura, sed per accidens; nec pars rectius recte prefatur.
- 31 Res unica, uno precio vendita, particulari solutione scindi non debet. Nec pars solutio oblata ab uno, aliquem effectum habere potest, n. 32.
- 33 Venditio ubi una, unius precii, licet a tribus sit facta, non tamen per hoc, in casu dubio, deterior debet esse conditio emptoris, quam si esset facta ab uno tantum.
- 34 Unitas precii ubi est, contractus non scinditur per partes.
- 35 Res corporeae inanimatae sunt individuae, si accidenti aliquo individuuntur.
- 36 Pignus non liberatur, nisi iterum debitum sit personalium.
- 37 Emptor eodem precio retrovendere promittens, non est cogendus ad partis dividua ventionem. Ratio que.
- 38 Mora & factum iudicis non nocet parti, quoad desperationem interposita appellationis.
- 39 Index de causa expeditione non semel tantum est requiri, sed vnde & necessarium est, ut protestatio sepius fiat.
- 40 Requisitus una regulariter non sufficit, ad constitutum quem in mera.
- 41 A sententia arbitri irregulariter non appellatur. Contrarium, ibid.
- 42 Lesione enormi existente, non obstante facta renuntiatione, reducitur ad arbitrium boni viri, & recursus ad superiorem permittitur.
- 43 Appellatio, reductioni ad arbitrium boni viri & recursus ad superiorem, parificatur.
- 44 Lesione enormi quando existit, reducitur nulla cautela effugi potest.
- 45 Index ordinarius de iure ciuilis arbitris esse non potest: diversum tamen, secundum equitatem Canonicas, statutum reperitur, n. 46.
- 47 Protestatio, litiis contestatione non facta, vitiatur.
- 48 Conditio sive facultas, qua consistit in faciendo simpliciter, vel mixtum in dando vel faciendo, posita in persona duorum, non potest impleri per unum eorum pro parte. Rationes huiusque, n. 49. & 50.
- 51 Redemptionis pars in hoc casu, qui iuris expressi textus, obstat evidentur.
- 52 Qui promisit duobus aut pluribus, separatim & cuiilibet pro virili, promisso videtur.
- 53 Socimus potest cogere socium, qui totum redemit, ut ei partem suam reuendat.
- 54 In Camera magis attenditur veritas quam rigor.
- 55 Camera cum Imperatore concurrentem habet iurisdictionem.
- 56 Index in pronunciando merito veritatem sequi debet, nec villa cautela id effugi potest.
- 57 Appellatio unus, prodest alii non appellantibus.
- 58 Reuendendi, quare sit iam individuum. Acquiritur, cuilibet consociorum, num. 59. Ac ut tantum competit revocatio, alii etiam detrectantibus n. 60.
- 61 Ab opinione communis in iudicando, non faciliter est recendere.
- 62 Index simul & semel propter contrarietatem, super exceptione incompetentiæ & cause principalis, pronunciare non potest.
- 63 Sententia illa, que contra ius constitutionum fertur, ipso iure nulla est, illa vero, que contra ius litigatum fertur, valet. (test.)
- 64 Exceptio incompetentiæ, quando taciter iudicis non potest.
- 65 Pronunciatio tacita, quando sufficit.
- 66 Appellatio in hoc casu, non tantum operatur effectus suspensum, sed etiam rescissum, quatenus defacto sententia processit.
- 67 Actus subsequentes contrarii precedentibus, faciunt videtur recessum a precedentibus.
- 68 Verbum Sonderlich / sive presertim, verumque casum comprehendit, tam quoad totum, quam quoad partem.
- 69 Libellus semper ad commodum libellantis est interpretandus.
- 70 Per posteriori, & a prioribus quando recedendum.
- 71 Pars toti non est contraria, sed in eo continetur.
- 72 Iura partium, per instantiarum varietatem non mutantur.
- 73 Mutationi petitionis, mutationem libelli inducit.
- 74 Petatio, super qua lis est contestata, cur attendi debet.
- 75 In appellationibus dubiis ab una sententia interpositis, quarum una subsistit, altera non, quid considerandum.
- 76 Vtile & inutile, quoties in uno actu concurrunt, tunc actus valet, si unum per se, ad tuendum acutum, sufficit.
- 77 Oblatio vim solutionis habet.
- 78 Quilibet pro alio, etiam ignorantie & iniusti, cum effectu liberationis, solvere potest.
- 79 De iure alterius nemo excipere potest.
- 80 Depositio periculum transferit in creditorem, & debitorem in bona fide iudicis liberat.
- 81 Exceptio precii non redditus, etiam post sententiam in executione opponi potest.
- 82 Sententia Commissariorum sive verius probationibus, & cause cognitione lata, per superiorem commendari potest.
- 83 Compromissum super rebus minoribus immobilibus, per euorem sine decreto factum, non subsistit.
- 84 Tutoris neque transfigere neque compromittere possunt. Quod extenditur, n. 85.
- 85 Copia nudis, sive originali nihil probat.
- 87 Sine consensu fratris expresso, ceteri fratres alienatio nem in extraneum facere non possunt.

88 Renunciatio feudi per vnum facta, alteri agnato non nocet.

89 Agnatus proximior ad revocationem feudi alienati admittitur.

D..N. Referens: Schwan vnd Curch von Steinberg vnd Anna Wittib perierunt von Henning Jobst vnd Burchhardt den Meyern vt ipsorum Meyerhoff zu Bösum gelegen / gegen Empfahrung des Pfandschillings / ipsis retrovendant & restituant: Ipsorum namque maiores, Henning Curch vnd Burchard von Steinberg (inquit,) d. Meyerhoff / Anno 1478. Burchardo Meyer/ consentiente praeposito Hildesheimensi, tanquam domino feudi, vendiderint quidē, sed cum pacto de retrovēdō. Ipsi verò, Henning / Jobst / &c die Meyern / ciues Hildesheimenses, restitutionem detrectantes, exceperunt: Quod vero d. Curch & Burchard von Steinberg postmodum Anno 1481. d. Emptori, vigore secundæ conuentionis subsecutæ, promiserint, dass sie ihme vnd all sein Mannlichen Erbe (quales & ipsi sint) so fern deren einer im Leben were / keine Lösung thun noch verklinden sollen. Super hac igitur controvēria decinda, An. 56. 18. Maii, vt in d. praepoliti Commissarios compromiserunt, tanquam arbitros: quitandem, An. decimonono, Octobr. 13. ex consilio Iuridica facultatis Heidelbergensis, pro Reis pronunciarunt: Dass sie die Belagten / im Besitz des articulaten Meyers / wie bisan herobliebē sollen / auch den Widerkauff desselben noch zur Zeit den Klägern zu gestatten ni schuldig seyn. Expensis compensatis. Quare dicti Actores, Schwan vnd Curch / Geuetern / von Steinberg / für sich selbst vnd Frau Anna, Henning von Steinberg vidua, in natürlicher Vormundschaft Jobsti von Steinberg / ihres unvermündigen Sohnes dicto Anno 59. Octobr. 21. coram Notario & testibus appellarunt ad praepositum, tanquam cause huius ordinarium Iudicem: qui verò postmodum die Mercurii post Trinitatis, Anno 60. exhibitam sibi iustificationem appellantionis, non nisi quatenus iure teneatur, & compromissio aciuri Recorū non praejudicet, acceptauit. Ipsi quoque Rei contra dictam appellantionem, vt quæ compromiso, insertæ clausulæ, factæ renunciationis beneficii, esset contraria, protestati sunt, & ad dictam appellantionis iustificationem, quantumuis utagerent, ad octauum Iulii, citati, se intromittere tamen noluerunt. Postmodum tamen duo agnati Appellantes, Schwan vnd Curch / appellantionem non sunt prosecuti haec tenus: sicutque, quoad ipsos (quod notetur) primæ non tantum, sed & secundæ instantiæ, lata definitiua sententia, in rem transhiit iudicatam. Sola namque vidua, Episcopo Hildesheimensi conquesta est: Dass sie auf vielfältig Anhalten bei dem Thum Probst die Befürderung habe möchtet / dass ihr Rechts verholzen werden könnte / hat derhalben Episcopum gebeten / dass er sich der Sachen vnternommen wolte: qui verò semper respondit, Dass die Sach an ihne noch nit deuoluirt: sicutque causæ audientiam suscipere noluit, donec tandem vidua 4. Februarii, Anno 64. contra dictum Episcopum, in Camera impetravit promotoriales: quibus insinuatis, Episcopus statim citationem, compulsoriales, & in hibitionem quoque decreuit, & appellantis viduæ nullitatis, & in euentum appellantionis libellum suscepit. Appellati verò in compromisso facta renunciationis appellantionis, adeoque rei semel iudicata exceptionem opposuerunt, seque ab instantia, cum expensis absolui petierunt. Et licet vidua, vt non obstante exceptione illa, litis contestatio iniungeretur, vrisit: Episcopus tamē, ex consilio Scabinorum des Grichts, cuiss dem Berg vor dem Roland / zu Hall / circa materialia appellantionis, in causa principali 28. Augusti An. 67. defini: iuē statim pronunciauit, bene iudicatum, malè appellatu. A qua sententia definitiua viduæ procurator via voce statim appellauit ad Cameram, vbi reproductis 27. Februarii Anno 68. processibus, & ad exhibitum postmodum libellum summariū, lite hinc inde pure statim contestata, per utriusque partis sufficienter legitimatos procuratores (quorum tamen alter, Appellatorum procurator, postea obiit, nec alius haec tenus in eius locum successit) conclusum est in causa.

Ad cuius verò examinationem & decisionem priusquā descendamus, videtur prius circa punctum de solutionis Reorum appellatorum, in compromisso facta renunciationis appellantionis, atque adeo semella compliciti sententia, sive rei iudicata exceptio excutienda esse, qua subsistente, frustra & superflue, circa appellantionis merita, de iustitia vel iniustitia dictæ compromissariæ sententiæ laboraremus. Res tamen iudicata habetur pro veritate, & facit de albo nigrum. *Manfred. de attentatis, lib. 1. part. 2. n. 9. pagin. 39.* De eiusmodi sententiæ † viribus igitur, quæ rei iudicata authoritatem adeptæ, ius inter partes fecisset, amplius non esset indagandum. *Panormit. conf. 29. vol. 2.* Quia verò ex nullitate compromissi ipsa quoque in compromisso facta renunciationis appellantionis concidit: ante omnia de compromissi illius viribus ut videamus, operæ precium esse existimo. Quod sane ex causis sequentibus existere videtur. Primo, quia duo confortes, Actores, primitus interpositam appellantionem, non tantum non sunt prosecuti, verum etiam in secunda instantia taciturnitate sua sententiæ approbasse videntur: sicutque approbato consequenti, necessarium quoque antecedens, id est; ipsum compromissum, viride sententiæ late promanaunt, tanquam validum & legitimum approbant. Secundo, quia mulier, † sicut de iure communi potest alias contractus facere, ita & compromissum, *Lanfr. de arbitr. part. 3. n. 8.* Tertio, quia partes habent dictum Compromissum / eidemque insertum pactum de non appellando, zu halten angelobt. Quæ fidei præstatio † & quiparatur iuramento, & si fit des non seruetur, conuenientes incident in personam.

iurium, & sunt infames, *Lanfranc.* dicto tractat. de arbitr. membr. 5. num. 44. Quartò, quia viduæ filius minorenus, Iodocus à Steinberg per pactum illud, de non appellando, & neutiquam fuit grauatus, cum utrinque decisionis causa par dubius fuerit eventus, *argum.* i. si pater puella, C. de inoff. testa. *Lanfr. d. tract. diuis. 7. n. 32.* Quintò, quia potest esse arbiter, & etiam nulla adiecta pena, vel pignore, l. cum antea. in princ. de arbitr. si tamen est præstatum iuramentum, & nihilominus compromissum tenet, nam d. Abb. non infringit compromissum, sed disponit, ut non detur actio. Abb. 8. c. 2. n. 8. de arbitr. Quin etiam iuramentum & præstatum seruandum: nam de iure Canonico valet iuramentum illud, cum possit seruari absque interitu salutis æternæ, & contrahentes iuramenti 9 ratione, & iuri Canonico, quod vult, tale iuramentum valere, subiiciuntur, c. 2. c. cum tempore, de arbitr. etiam in terris Imperii, ratione iuramenti, licet, de iure iur. in 6. Anton de Butrio c. Quintauallis, de iure iur. Ioan. Baptif. de S. Blas. de arbitr. num. 70. part. 1. Ideo quælibet arbitrium, quando contra 10 tenorem & Authen. decernimus, est iuratum, non parit actionem: tamen de iure Canonico iuratis ad obseruantia illius compelli potest. Abb. in d.c. Quin tauallis, n. n. de iure iurand. Sep. imd, quia Actores à sententia arbitrorum appellariunt, eo ipso compromissum approbasse consentur, licet sententia improbarint, tanquam iniustam. Si enim à sententia 11 arbitrii appellatur, infra decem dies, tunc Appellans videtur approbare sententia, tanquam latam, licet hunc tanquam sic latam, quemadmodum in simili dicimus, in domino Appellantre, à sententia latâ contra eius falsum procuratorem, m.l. 3. §. falsus, ff. rem ratam hab. Ioan. Baptif. à S. Blasio. in dict tractat. de arbitr. q. 16. n. 51. Octauò, quia assuerunt Rei Appellati, (nec ex aduerso negant Appellantem) Die samptich gewesene Kläger / Schwan und Curch / beyde Gevettern von Steinberg / auch Anna, Henninga von Steinberg Wittib / (quorum nomine, consensu & authoritate compromissum erectum est) sejne minorenus Iodocia à Steinberg Vermünder gewesen. Quin etiâ litigiosus curator & procurator Appellantum, expressè viduam filii Iodoci principalis suis tutricem, & legitimam administratricem nominat. Quod igitur tutoribus autho- 12 ribus, & in negotio ipsorum omnium communis, pro indubio est gestum, præsertim per viduam, per eandem improbari non oportet: nec Iodocus factus 13 matris, & tuto: si suorum, tanquam factum, sive pactum alienum, quasi ipse tertius, qui co non obligetur, impugnare potest. Nono, nego, quæ compromissum sine Præpositi, tanquam Ordinarii decreto, sit erectum. Ex quo enim in Præpositi Commissario est compromissum, tantò minus aliter præsumi potest, quin ipsius præscientia & autoritate sit factum, cum postmodum quoque interpositam appellationem admitti ère noluerit, nisi quatenus compromissum, & eorum iuri qualito non prædicaretur. Et sane decreto Iudicis tantò minus opus fuisset, cum non in arbit-

tratôres (quorū laxior est potestas) nec super re minoris alienanda, verum in arbitrios sit cōpromissum, qui secundum ius & Jurisconsultorum consilium deciderent, num dictæ Curtis (quæ non Actorum, sed Reorum est & fuit propria) retroemptio, extantibus primi emptoris hereditibus masculis, ipsis inuitis, locum haberet, vel non? Compromissum itaque non tantum, verum etiam eidem adiectum pactum de non appellando, subsistere existimo. Nec verò idcirco interlocutoriæ, super non deuolutione, daß die Sachen an dñs Keyscherlich Cammergericht nicht erwachsen/ pronunciandum esse videtur. Index namque secundæ instantiæ, à quo ad Cameram est appellatum, licet Appellati factæ renunciationis appellationis exceptione obiecerint, adeoque in causa principali se intromittere noluerūt, tamē pronunciavit ipse in causa principali, in priori nimirum instantia bene iudicatum esse. Nostrum autem est, proximi Iudicis modo dictam sententiam ut examinermus: Si iam in compromisso facta appellationis renunciatione oblitus, quo minus causa ad ipsum deuolteretur, consequens erit, ipsum, ob defectum iurisdictionis nulliter pronunciasse, sic que definitiæ potius super proximæ sententiæ nullitate pronunciandum fore videretur. Adde quæ secundæ instantiæ Index, prioribus iudicib⁹ inhibuit, & postea ad Camerā interpositæ applicationi detulit. Appellati quoque in Camera, citra vilam non deuolutionis exceptionem, item statim pure sunt contestati, & in priori instantia bene iudicatum pronunciati petierunt: adeoque partes ipsæmet Cameræ iurisdictionem prorogarunt, quæ sanè facere possunt. Gail lib. 1. obs. 140. n. 8. verum ipse quoque Index, quia per sententiam Doctori Reiffsteckio, ut ad litis factam contestationem procederet, sub comminatione conclusio- 15 nis in causa iniunxit, eo ipso non obscure iurisdictionem suam iam fundatam esse, pronunciauit: quæ sanè sententia, si iam causam non deuolutam pronunciaremus, syndicaretur. At, inquires, à prima compromissaria sententia appallatum est 21. Octobris Anno 59. Illius verò instantiæ Index in causa serius, quam debebat, pronunciavit tandem 28. Augusti Anno 57. Tempora igitur prosequenda appellationis coram inferiore, non sunt seruata: adeoque appellatione in Camera, & tanquam deserta, neutiquam recipienda esse videtur, teste Gail lib. 1. obs. 14. n. 7. Item, appallatum est ad Cameram 28. Aug. An. 67. Processus autem postmodum 27. Feb. Anno 68. adeoque totum triduum post lapsum fatale, serius sunt reproducti: siveque fatale introducenda appellationis in Camera est negligendum, & causa deuolu- 16 deserta pronuncianda? Respondet: In utroque casu non per partem, sed per Iudicem sterit, quo minus processus citius reproducerentur, vel appellationis causa maturius absoluatur. A quarto namque die Febr. usque 27 eiusdem, quo processus in Camera sunt reproducti, D. Reiffsteck. ordo in nouis nō attigit, & quæ appellans vidua

vidua, pro expeditione cause, apud Præpositum & Episcopum Hildesheimensem sèpius institerit, & promotoriales tandem in Camera impetravit, ex aetate iam ante retulit. Quare nec super homœdolitione, nec super appellationis desertione, non quoque super nullitate secundæ instantiæ, ob assertum defectum Trânsactionis aliquem, pronunciandum esse existimat. Peti quidem D. Reiffsteck appellantium Procurator pronuntiari, in utraque instantia nulliter iudicatum, non vero ob defectum iurisdictionis aliquem, sed quia sententia expressum errorem facti & iuris in se continent. Vtriusque namque, tam secundæ, quam tertiaræ instantiæ Iudicis iurisdictione, partes nunquam impugnarunt, sed expresse vel approbarunt, vel protogarunt, coram Præposito appellates, in fine iustificationis appellationis petieunt.

zu erkennen / daß die interponirte Appellation in ihren Formalien beständig / und daß die Sach ordentlicher Weise an den Oberrichter erwachsen / daß auch der Materialien halben vbel gesprochen / wol dawon appellirt sey.

Item coram Episcopo quoq; Appellantes sententiam primam reformati, Appellati vero ab instantia vicissim absolui perierunt. Quæ certe reformationis sive absolutionis petitiones locum non habuissent, si non Iudicis iuridictio prius fuisset vel fundata, vel certe absque omni dubio protogata. Siquidem igitur Appellati circa litis contestationem in Camera factam, in prima instantia bene iudicatum esse pronunciari petunt, sicque iurisdictionem secundi Iudicis denuo approbant, vel certe prorogant, non videt, quomodo in iuris partibus candom impugnare, & ex illo defectu iurisdictionis, extra vel præter petitio nem partium (cum præsertim de meritis cause nihil constet, et si super iisdem gravaminibus partibus magis sit consultum) sententiam suam nulliter prolatam esse, pronunciare possimus.

Aggredior itaque appellationis materialia. Ex vendito instituta actio probatur, per productum Kaufbrief Actorum folio 206. de dato, Mercurii post Matthei, Anno 1478. cuius contenta; patrum præsertim de retroiudendo, Rei; Actorum fol. 150. in ipsorum primis seculi articulis fiantur quidem; verum in subsequentibus statim 6. 7. 8. 9. 10. & 11. articulis, excepterunt: daß aber her nach also bald/Anno 1481. duo venditores, Burkhard vnd Curch von Steinberg/emptori Bernhardo Meyer/ vnd seinen Manis Erben/ so lang deren im Leben waren/ kein Los oder Widerkauf zu thun/ zugesagt vnd verschrieben haben. Hoc quod ex exhibita copia litera A. signata, elucere asserunt: quæ visa, licet productam copiam & pactum de non reluendo, donec supersit heres masculus: quod item ipsi Rei à primo emptore descendant, Actores negarunt: citra tamen ulteriore probationem Compromissarii, tanquam Iudices, statim pro Reis pronunciarunt. Quæ sane sententia, licet tum iniuste forsitan, vel certe præcipitanter lata dici potest, videtur tamen esse confirmanda.

Compromissi namque originale, in quo partes vtrinque appellationis beneficio renunciarunt, coram Episcopo Hildesheimensi, secundæ instantiæ Iudice, productum est, sigillaque sunt recognita.

Actoribus igitur, quo mintus compromissariæ reformationem sententiæ petere possent, oblitis se, & adhuc obstat videtur, obiecta ipsis exceptio peremptoria litis notoria, pacti nimicum de non appellando. Neque relevat forsitan Actores, si dicatur: Quod pactum de non appellando, ob iniquitatem sententiæ compromissariorum, non sit attendendum. Nec enim ipsa ideo statim evidenter & indubitanter iniqua est, licet secundæ conventionis dicta copia, litera A. signata, per Actores fuit negata, nec per Reos originalis confirmatione productione.

Quemadmodum enim Appellantum procurator, ipsum compromissum malitiose negavit, donec in originali exhibitum est: sic secundæ quoque conventionis copiam, eadem malitia verisimiliter negasse videtur. Quis enim Reos, qui eiusdem cum emptore nominis sunt, & familiae, & controversam curtim possident, eiusmodi secundam conventionem ante centum annos factam fingere credat, quæ esset mala sane impudentia, coram ipsomet Præposito, eiusve Commissariis, falso nominare prædecessorem Præpositum, qui in secundam illam conventionem consenserit: quis credat autem, Episcopum ex tali secunda conventione, pronunciata pro Reis sententiæ confirmaturum fuisse, si non probabile ipse fuisse, vel ex præpositura Lehbens Register constitisset, quod conventione eiusmodi esset facta, & nominatus Episcopus dicto Anno 1481. in eadem consensisset, nec dubito: quin Rei in secunda instantia, conventionem secundam in originali exhibere potuissent, si non renunciata appellationis exceptioni tantum inhærente maluissent, & vt in causa principali se intrömitterent, superfluum, nec necessarium, aut certe periculose ipsis esse credidissent. Accedit duorum Actorum, Schwart & Curchen (vt qui constantioris sunt sexus, quam appellans vidua) tacita confessio. Nisi enim secundam conventionem, ex qua sola ipsi succubuerunt, ita factam esse vel scirent, vel omnino crederent, certe à confirmatoria sententia secundæ instantiæ, non minus, ac vidua ad Camera appellassent: quod vero conscientiis propriis, milie testibus, procul dubio deterriti, facere omiserunt. Sicque, quoad ipsos, non tantum quoad semel renunciatum beneficium appellationis, verū etiam ob omissam tandem appellationem, secunda conventione, & virtute illius prius pronunciatae priores sententiæ, non tantum hominis, verum etiam iuris præsumptionem, autoritatemque rei iudicatae pro se habent: adeoque, quod maius est, præsumptio tñ iuris, & de iure, pro ipsa quoq; habetur veritate. Sicque de tanta compromissariæ sententiæ evidenti, vel notoria iniquitate, neutiquā constare putat, quæ loco iuramenti initum

pactum de non appellando tollere possit; & opus esset relaxatione, à prestito iuramento.

Secundo, pro confirmatione priorum sententiatarum facit, quia Actores in responsione ad Reorum decimumtertium articulum elisiū um, differente negant, quod Rei, primi emptoris, cum quo pactum de retrouendendo initum est, vel sint filii vel heredes, vel ex ipso descendant. Ex qua sane negatione Actorum sequitur, quod ipsi pacē illud de retrouendē, male ad tertias personas, scilicet Reos, extenderint, ipsisque ex vendito, actio personalis, contra tertios etiam heredes, nequam competet, adeoq; exceptione facti preemptionia, Tibi non competit actio, merito sunt remouendi.

Tertio facit, quia Appellans vidua in iure relutionis d. Meyerhoffs filio suo medianam partem cōpetere, nude saltē assert: sicut de vera quota illius iuris, filio competentis ex actis certo nobis non constat. Adeoque sententia nostra, priorum reformatoria, foret incerta, nec vero idcirco Appellantibus competentis quota probationē, vel quoque Appellatis, originalem secundā conventionis exhibitionem iniungendam esse cōfset. Cum ex solo primo documento venditionis d. Curtis, & pacti de retrouendendo, quod vtrinque in confessio est, concludenter inferri posse videatur, sententias priores quandoquidem quoad Eurh vnd Schwan von Steinberg/ ob non interpositam appellationem, per ipsis in rem transferit iudicatam, etiam quoad viduam, eiusve filium Iodocum, omnino confirmandas esse. Aut totitas enim rei iudicata, & ob non interpositam à confirmatoria sententia appellationem, primā arbitrorum sententiam adeo corroborat, vt sententia illius vigore, ipsis duobus agnatis, Eurh & Schwan von Steinberg/ ratione quota cuiusque ipsis, prorsus adempta sit facultas & ius retroremendū Curtis, quoque Rei & omnis ipsis proles masculina deficiant. Ex sequentibus igitur rationibus, ipsis quoque viduæ, eiusque filio, quantumuis appellari, itidem quota suæ retroremēdi ius & facultas tam diu p̄clusa esse debet. Verba namq; cōtrahentium, dant legem contractū, & contractus ex conventione legem accipiunt. At in d. documēto emptionis, s̄pē d. Meyerhoffs/ de dato 1478. inter alia sic habetur, Wir Henning/ Burchardt vnd Eurh von Steinberg haben vns (nota), loquitur per verbum collectiuū, & vns/tanquā vniuersis, collectiue, non per verbum distributiū, & vns/er jedem pro quota sua) vnd vñser Erben/ die Macht vnd Gnad behalten/ das wir alle Jahr mögen wider kaufen/ solche vier Morgen Landis vnd Meyerhoff, verbenannt/ für die vorbenannten 700 Goldgulden/ vñnd wann wir das thun wösten/ solten wir: noteur, loquitur per verbum & obligatorium & preceptuum Solleū/non per verbum mere facultatis, Wollen & vñ mögen wir/ ic. dem genannten Burchart Meyer/ seinen Erben/oder den Haltern dieses Briefs/ widergeben/ vnd vñbetrawen entrichten/ solche 700. Gold-

gulden in einem Hauffen/ c. Ergo exp̄sse cautum est, ne cuiusdam saltē quotā retroemptionio, aut precii solutio fiat particularis, vt quā nō minima interdum adfert incommoda, sed simul tota auff einen Hauffen fieri nec diuisionē recipere debeat, ne videlicet emptor in pacto & casu retrouentionis in plures distingeretur personas. Licet enim plures sunt venditores: emptor tamen cum illis non, vt cum singulis diuism, sed coniuncti ac si omnes vna saltē persona, vel vniuersitas quedam essent, cōtrahere voluit. Iniquum igitur esset, & in plures distringi eum, qui quasi cum v-

no tantum contraxit, vel certe cōtrahere voluit. *Inne in plures, & l. si seruus, §. 1. de exercit. act. facit Ronchig. in l. 3. §. vbi duo, numero 95. & 110. de duobus Reis.*

Et quia dicta obligationis verba, Sollen wir in ei-

nem Hauffen/ solche siebenhundert Goldgulden entri-

chien/ c. quā sunt clarissima, in fauorem empto-

ris, & quo ipsis in casum retroemptionis magis cau-

tum esset, sunt prolatā. Certe non in odium i-

psius emptoris eiusque heredum, quin potius

contra venditores sunt interpretanda, l. quod fa-

uore, *Codic. delegib. l. veteribus, de pact. l. Labeo, de contra-*

benda empt. Alias enim verba illa, In einem Hauf-

fenvest ociosa, & sine effectu operandi: quod

in contractibus esse non debet. gloss. in c. solita. verb.

tanquam de maior. & obedient. & Bald. in rubr. C. de con-

trah. empt. q. 9. Et si dicta verba, In einem Hauffen/

essent omissa: tunc demum plurium venditorum

simplex assertio, quod in calu retroemptionis em-

ptori ad certam quantitatem tenerentur, facilius

pro paribus viribus singulorum forte intellige-

tur. Ronchig. l. Reis, §. cum tabulis, n. 18. de duobus Reis, pa-

gin. 751. Particula namque & copulativa, Wir Hen-

ning/ Burchardt vnd Eurh von Steinberg/ obliga-

tionem in viriles partes diuidarer, l. 3. §. si quis ita, de-

re quod certo loc. l. si mihi & Tilio de stipul. Et intellige-

retr quilibet viriles partes promisisse, nec forent

Rei debendi, sed separati suam vnuſquisq; ob-

ligationē sustineret, d. l. Reis, §. 1. ff. de duob. Reis. We-

senb. in parat. eod. tit. num. 5. Dicta contractus verba,

In einem Hauffen: obstant viduæ, eiusque filio,

quo minus pro rata saltē portione sua retro-

emere possit: & obstat iam reliquis duobus,

Schwan vnd Eurh von Steinberg/ authoritas Rei

judicata, ne Appellantis nostræ in retroemptione,

contra arbitrorum sententiam, sese coniungere

possint.

Quinto, pro confirmatione priorum sententiatarum facit ipsa æquitas. Quia enim venditores

ab emptore precium accepertunt, vnicā, non di-

uersis temporibus, particulari solutione, æquum

certe est, vt in retroemptione, eadem totius non

partis incommoda tantum, reluitio atque solu-

tio obseruetur.

Sexto: quamuis ex natura & contractus retro-

uentionis fundi, veniant rei traditio, & solutio

precii, quā per partes fieri possunt viriles, adeo-

que per factum diuiduum continere intelligen-

tur, & sui & natura diuidua sunt: Tamen hoc no-

stro casu sunt individua, & ex voluntate co nra-

hentium,

hentium, ut quemadmodum retroemptæ Curtis traditio, sic quoque solutio precii sit universitatem vñnd vñgerheilt: Quemadmodum quoque precium ab initio per emptorem totum statim est solutum: Ronchig. in l. eandem. in princip. n. 68. pag. 482. Vbi enim promissio simpliciter facta; † & nihil de partibus est actum, censendum est, indiuidum esse in obligatione: nō quidem natura, sed per accidentem: adeo ut pars rei recte præstari nequeat. non diuiditur. in 2. respons. de verb. oblig. alias enim fieret aduersus mentem contrahentis, qui de toto cogitauit, cuius existimationi, traditione, vel solutione partis, non satisficeret, Ronchig. dict. l. eandem. num. 84. pag. 489.

31 Septimo facit, quia res vñica, † vñico precio vendita, particulari solutione scindi non debet in 2. a l. plane famil. hercif. & Dd. in l. quidam existimatuerunt sacerdotum pat. L. tuer. §. L. tuer. de vñf. adeoque pars † solutio oblate ab vno, aliquem habere non debet effectum: Ronchig. in d. l. eandem. in princip. num. 73. pag. 484.

32 Octavo facit: quia licet hic tres fuerint venditores Curtis, venditorum tamen pluralitas illa nihil potest vbi non id est actum, ut sint diuersæ vñditiones diuersatum partium. Vbi enim venditio vna est, † vnius precii, licet sit à tribus facta, non tamen debet in casu dubio, per hoc deterior esse conditio emptoris, quam si esset facta ab uno tantum: vbi in amque vñtias est precii, † contractus non scinditur per partes: Ronchig. d. l. eandem. in princip. num. 91. pag. 491.

33 Non facit: quia si pars tantum d. Meyerhoffe retrouenderetur, tunc casæ rusticæ pars aliqua, ratione illius partis, non præstaret tantam utilitatem, quantam tota domus, respectu totius: Adeo que censeri debet res indiuidua, secundum Zaf. in l. 4. §. Cato numer. 4. de verb. oblig. Res enim † corporez inanimatae, sunt quoque indiuidua, si accidentia aliquo indiuiduentur; puta, si ex hoc redentur in commoda, & inutiles, Zaf. d. §. Cato. 23. m. 7.

34 Decimo: Si Appellantzi viduat d. Meyerhoffe particularis relatio permitteretur: Tunc domino feudi, ratione vnius eiusdemque feudi, ipso inuito, plures ex diuersis familiis, diuersi vasallii obtrudenterunt, & feudi ius in partes scinderetur.

35 Undecimo: quia si quis vult pignus liberare, tunc † non liberatur, nisi totum debitum sit persolutum, Zaf. in l. in executione 85. numero 8. de verb. obligat.

36 Duodecimo: quia quando emptor † eodem precio retrouendere promisit, prout hoc nostro casu est factum: Tunc non cogitur ad venditionem partis diuiduz, quia esset in damno Bart. in l. §. quis aliam. 46. in princip. n. 4. de solut. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vend. & princip. q. 2. vol. 1.

Ex quibus omnibus conlequi putat, Appellantem viduam, cuius filium sodocum à Steinberg superstitibus Reis nostris, ipsorumque descendentibus masculis, ad d. Curtis, nec totam, nec particularem retroemptionem admitti pos-

se: Ideoque priores sententias confirmat. Compeniatis Expensis.

Aliud in eadem causa.

Procuratoria & formalia, ut inter referendum est demonstratum, satis videntur esse iusta. Quia non puto desertionem recte vel prætendi, vel colligi posse, ex mora introducenda cause, post sententiam primæ instantiæ, coram superiori Iudice, preposito videlicet, & Episcopo consequenter Hildesheimensi. Licet enim mora vel factum Iudicis † non noceat parti, quoad desertionem 38 interpositæ appellationis (quod præcipue nostro casu nobis occurrit) & receptior in iure sententia sit: Imo vtile & necessarium, † vt Iudex de causa expeditione, non semel tantum requiratur, sed sepius protestatio fiat c. statutus de sepl. neglig. prælat. Bald. in anth. item si per appellationem. Cod. de tempor. appell. Franch. in c. ex ratione, numero 46. de appellat. Tamen adhuc præualere puto rationes collectas à Domino Referente: Inter reliquas vero ipsam prorogationem subsecutam, casu, quo præcedens desertio liquida esset. Regulariter enim † vna sufficit requisitio, ad constituendum quem in mora, Franch. dicto loco. numero 46. Quod vero nostro casu plures factæ sint requisitiones Appellantium, certo patet ex actis, vt per Franck. ibid. in fin.

Circa punctum devolutionis etiam nolo rem exaggerare: verum quidem est, in compromisso renunciatum appellationi, quodque regulariter à † sententia arbitrii appellari non possit, secundum opinionem communem Dd. ut refert Alex. and. in l. nemo potest. de leg. 1. & Bartol. in tractat. quest. in materia arbitrorum numer. 17. Licet diuersum sentiat in l. 2. de arbitr. Tamen supra allegata prorogatio, etiam hoc puncto devolutionis, cum effectu attendi potest: cum & alias existente enormi lafione, † non obsstante facta renunciatione, reducio ad arbitrium boni viri, & recursus ad superiorem permittitur, cui & † appellatio parificatur. c. 2. de arbitr. Sed reductio † nulla cautela effugi potest, quando existit enormis lesio, per multa allegata per Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cent. 1. casu 73. & libr. 1. quest. 70. numer. 21. 24. Gabr. lib. 2. concl. 3. per tot. Omitto hic, quæ de nullitate compromissi dici possunt, & inter cætera, quod lege ciuili in ordinarium Iudicem † compromittere haud permittitur, cum arbiter esse non possit, l. prator. de tutor. & Cur. dat. ab his. l. eis seruum. §. si quis Index. de arbitr. per multas rationes, collectas à Lanfranco. Ioan. Baptif. presertim Ant. Blane. in suis tractatu de compromiss. & arbitr. verb. Index ordinarius. 2. quest. num. 41. Tamen secundum æquitatem Canonicas, † diuersum statutum reperitur, c. ex parte de arbitr. Late Blanch. d. loco. num. 47. Idque nostro casu tanto facilius tolerari potest, cum res controverfa sit feudum Ecclesie, & sic diuinationem ex Jure Canonicò rectius admittat, q. ita fieri quotidie experimur.

Quod tamen attingat ad nullitatem processus, negari non potest, quod in secunda instanciâ nullitat-

nullitates non exiguae commissae sint: Inter cetera vero præcipitando processum, & cognitionem causæ, dum non auditæ defensione Appellati, nec admisso Appellantem ad deductionem & probationem ulteriore, meritorum, siue materialium nec attento puncto submisso, devolutionis vide-
licet, statim ex abrupto iuribus partium principali-
liter nondum iustificatis, nec liquidatis, imo fundande iurisdictionis puncto, præmissa judiciali
declaratione nondum expedita, Iudex præcipi-
tanter pronunciauit. Prout nec in prima, nec in
secunda instantia litis contestatio facta esse con-
stat, quo t ipso processus viciatur, *Myns. obser. 1. cent.*
i. Gail. obser. 76. per tot. lib. 1. Hæc, inquam, licet ita e-
xistant, tamē Cameræ ludicem in principali pro-
nunciare posse, pariter existimo, cum de causæ ve-
ritate ex actis iam constare possit. Et receptum,
satisque notum sit, quod hæc tenus ita obseruatū,
præsertim vbi circa iurisdictionem nullitates nul-
lae apparent, referendo in ea, quæ ex iuris &
constitutionis dispositione in simili, sèpius hoc
loco vñsueniunt, discussa sunt. *Hinc fundatam per*
omnia Iurisdictionem Cameræ censeo.

Materialia, siue merita causæ, ex uno dependent dibi: An videlicet unus, plurium Reorum credendi, vel habentium ius reemandi, in totum, vel ad partem, in uito venditore, retrahere possit, &c. Utq; hic approbem sententiam Domini Referentis, me mouent rationes per eum propositæ; Insuper etiam resolutio Doctorum, cui præcipui se subscripte, quod videlicet unus creditorum, tale ius habentium, non possit suam partem, vel, prout loquuntur, pro parte redimere. Nam quæ
do conditio siue facultas, t quæ consistit in fa-
ciendo, simpliciter vel mixtum, in dando vel fa-
ciendo ponitur in persona duorum, tunc non po-
test impleri per unum eorum pro parte. *I. si ita fuerit, in princ. §. quæstio. de manumiss. testam. & noratur in l. si plures. C. de tit. refert Tiraq. de retract. post Bald. & a-
lus in gloss. 1. §. 23. numero 9.* Assignat duas rationes,
49 prima: t quia si aliud diceretur, quis inuitus com-
pelleretur ad communionem, quæ immensas cō-
tentiones parit. Altera ratio: t quia pluris valent,
plurisque emitur totum in toto, quam pars, re-
spectu rei: quam communem dicit Alciat. & Socin.
claram eam esse conclusionem, inquit, contra
quam non repertur aliquis scribentium tenere,
vt refert Tiraq. d. loco, numero 10. vbi annectit, se nul-
los repertisse, qui contrarium assererent: nisi se
prosorsus fallat memoria, præter Obertum, Cremonem,
Doctorem antiquum, & Firmium in repertorio. Verbo:
Emptor retrouendens. Et quidem è diuerto non ne-
go, pro qualitate negotii & circumstantiis Acto-
rum & deductorum, validas & urgentes rationes
afferri posse, tam quod luitio diuisim & pro rata
siue quota, quam etiam in totum nostro casu fieri possit. Quod enim iam de partis redemptione
dixi t ei obstat evidentur expressi iuris textus,
quo refert Tiraq. de retract. §. 1. glossa 6. num. 30. Qui
52 enim t promisit duobus aut pluribus, videtur
promississe separatum & cuilibet pro virili. Et li-

cet incidat in communionem cum uno, ei traden-
do partem, est tamen sibi imputandum, quod ita
contraxit, & licet etiam reuendere sit factum, est
tamen diuiduum per iura, vt *Tiraq. ibid.* Imo pri-
or opinio intelligi potest, quando ab initio non
contractum est cum duobus aut pluribus, sed cu-
mo tantum, prout distinguit *l. cum fundus. de condit.*
& demonstrat. & refert *Tiraq. iam d. loco, n. 21.*

Idque tanto magis nostro casu, quo clam alte-
ra parte, eaque non consentiente, primus contra-
ctus, quoad luitionem, mutatus est, non sine frau-
dis suspitione, quæ in utroque contrahente quo-
dammodo deprehenditur, & quæ tertio non no-
tare; nec alius ex eo commodum capere debet,
cui & ipsa æquitas non parum suffragari videtur.
Quod vero in totum redemptio fieri possit ab u-
no venditorum, sunt diuersæ Doctorum senten-
tia. Inter eas verisimilior putatur à *Tiraq. d. ls-
co. num. 37.* ea, qua existimatur, quod simpliciter
cogatur emptor integrum rem reuendere vni cre-
ditorum, vel hæredum offerenti integrum pre-
cium, siue alter repudiet, siue no: nam si repudiet,
integrum ius manet apud alterum, iure accrescen-
di. Si non repudiet, seruatur ei ius illæsum, quia
potest cogere socium, t qui totum redemit, vt ei 53
partem suam reuèdat, restituto pro portione pre-
cio. Pro qua sententia consuluit *Paul. Castren. con-
silio 22. lib. 1.* & consilio 74. libro 2. *Socin. consilio 16. libr.*
4. refert & alia *Tiraq. d. loco. numero 37.* dicens, se-
cundum hanc opinionem iudicatum fuisse in Cu-
ria Parisiensi, Anno 40. Sed quod nostro casu to-
ta summa sit obligata & deposita, ex actis satis
constat, prout & altera pars suum ius reliundi,
pro medietate repudiasse dicitur, per assertam se-
cundam conventionem, sicutque locum habeat no-
stro casu d. sententia, vt per *Boer. decisio 251. num. 2.*
Iniquum enim esset, repudiatione unius venden-
tium, alteri in totum, vel haltem pro sua parte fa-
cto alterius, ius suum præripi, vt nunquam, vel
difficulter, eo unquam vti possit. Grauis itaque &
dura mihi videtur esse primæ instantiæ sententia
eiusque confirmatoria: ita, vt si pace dominorum
fieri posset, potius prælibatam æquitatem iudi-
cando sequeret, prioresque sententias reforma-
tem, quoad quotam retroueditionis petitz, quæ
quam Henningo competuisse tempore venditio-
nis, nullibi negatum aduerto, quam vt eam in to-
tum confirmarem. Eumque pronunciandi mo-
dum potius eligerem, cum præsupponam, secun-
da conventionis, siue pacti probationem, per do-
cumentum in originali, parti esse exhibitam. Et
ex actis liquidum lit, controversam Curtim, cius-
que prouentus & commoda, ante tempus primi
contractus, & postmodum, sive per a pluribus
pro diuiso usurpata & possessa fuisse: Ideoque in
hac re controversam eam qualitatem & natu-
ram diuidui possessorum facile attendi posse, pa-
rumque referat, vnius vel diuersæ familiæ homi-
nes, fructus Curtis percipient: Cum ea qualitas
antiquitus ei rei controversæ sic insita fuerit: Et
in hoc summo iudicio t magis attingatur *veri- 54*
tas,

tas, quam rigor, adeo ut habita veritate, non queratur de modo, quo peruentum ad eius cognitio-
nem, nec eatur ibidem per ambages. Id quod de
Imperatore certum est, cum quo & Camera in
hoc, & concurrentem habet iurisdictionem, pul-
chre Gail. obseruatio. 42. num. 1. 2. 3. Siue igitur recur-
tendo ad superiorem, siue reducendo ad arbitri-
um boni viri, siue etiam Appellando, Iudici rei
veritas suggeratur, eam & in pronunciando meri-
to sequi debet, cum, ut supra dictum, nulla caute-
la id effugi possit: Sub tali forte sententia forma,
cuius similia extant in Seylero 11. Iunii Anno 61.
fol. 526. 314. vbi super nullitate & iniuriae fuit
pronunciatum, videlicet: Ist erkeinit / das durch
Richter nechst voriger Instanz nichtig vnd vbel pro-
cediert vnd gevrtheilt / Ubersiiss vnd wol darvon ap-
pelliert vnd das gedachte Appellaten/ie. relutionem
zugestatten schuldig / &c. mutatis mutandis, secundum
petita. Si vero propter non productum origi-
nale secundae conventionis probationis defe-
ctus existeret, adeo ut de eo pacto nondum recte
constaret, an non tunc corruerent omnia funda-
menta, quae retroemptioni opponi possunt, & sic
omnes primarii venditores von Steinberg ad re-
stitutionem admittendi forent, iure communis
appellationis, ut quia causa est communis, & vna
eademque omnium defensio, vniusque appella-
tio & propositi aliis non appellantibus, tot. tit. C. si v-
nus ex pluribus appellantibus. I. si qui separatim. §. fin. de
appell. Franc. c. directe. num. 7. & c. una sententia. num. 3.
4. de Appellat. Gail. obseruatio. 123. n. 3. Id quod Domini-
nis perpendendum relinquo. In omnem tamen e-
uentum puto compensandas expensas. Saluis votis
Dominorum.

Votum aliud, in eadem causa.

D.Q. Formalia, ut Domini. Materialia diligenter discussa esse & iuribus deducta, ut potius velit dubitare, quam alterius sententiam amplecti. Et quamvis omnium interpretum, præterquam duorum, quos referens allegavit, sit sententia, quod vnius ex pluribus, offerendo precium, non posse pro parte retrouendere, per iura, ut Referentes: Tamen ut magis confitetur in sententia correferentis, facit, quod hoc restringatur, si vnu offerat precium totum: Tunc enim quia emptor expositum recipit, quod loco alterius partis succedit, tenetur retrouendere, ut per Bertachin. vers. obliga-
tus retrouendere, vbi allegat Fulgo. in l. quod si nolit. §. idem Marcellus. de edil. edict. l. fistulas. §. quisfundum. de con-
trah. emp. Chassan. in consuetud. Burgund. rub. quinta. §.
primo, numero 38. versic. quartum fuit. In primis cum de renunciatione consociorum, ex nostris actis, si non per assertam secundam conventionem, taliter per omissionem prosecutionis aliquo modo constare videatur. Quibus in terminis iura in contrarium adducta, intelligenda, interpretes asserunt, Bertachin. dict. loco. Castrens. consilio 221. num.
18 primo. Quod retrouendendi & est ias indiuiduum:
quia continet rem tradi, quod est indiuiduum, l.
59 stipulationes non diuiduntur. Acquiritur & ergo cuili-

bet consociorum insolidum, l. 2. de verb. oblig. Vnde etiam in consequiam, vni & tantum com-
petit reuocatio, reliquis etiam de restantibus.
Vult in totum permittere recompensationem, & pro-
nunciare, iuxta petitionem primi libelli. Compensatio
expensis.

Aliud.

D.C. Putat etiam ex parte ium prorogatione iuri-
sictionem fundatam. De nullitate sententia &
nihil pronunciandum. Materialia consistere so-
lum in iure. Quare ex causis à Referente allega-
tis cum eodem concludit, & communis opinioni
inhæret, & quia in iudicando non facile receden-
dam. Nempe relutionem à vidua ad partem fieri non posse. Quod autem tantum pro parte re-
lutionem petat, constat ex libello huius instan-
tia, & eius petitione. Ergo non totum precium
offert, cum dimidiā partem tantum petat: Qua-
re illa particularis oblatio reliquis non prodest,
qui plane à relutione destiterunt, & non dubito,
quoniam reliqui duo, suam partem iterum receperint.
Quare plusquam verisimile, ut quoque verba
petitionis inferant, mentem viduæ fuisse, & ad-
huc esse, solummodo medium precii offerre. A-
lius autem status cause in prima instantia, & to-
tum precium ab omnibus fuit oblatum: quare se-
cundum petita huius instantie, putat pronun-
ciandum, secundum communem, quod videli-
cer non cogatur retrouendere. Si vero ex actis
constaret, quod vidua totum precium offerret,
ac mens sua liquida esset, de toto precio offeren-
do. Etsi illa prosecutio appellationis viduæ quo-
que reliquis conlocis prodest, qui appellationem
non sunt prosecuti, tunc accederet senten-
tia correferentis limitative: nimicum, quod em-
tit cogatur integrum rem retrouendere vni credi-
torum vel hæredum, offerenti integrum preciu-
& quidem in solidum, non pro parte. Compensatio
expensis.

Aliud.

D.L. in cognitione meritorum nos non esse
fundatos in iuriisdictione, sententiam non compromissariorum abiisse in rem iudicatam, nec appellari potuisse: Et sic nulliter iudicasse secundum
Iudicem l. 1. vbi Dd. Quæ sent. sine appell. rescind. Nullitatem descendere respectu iuriisdictionis. Ergo.
Gail. obf. 127. lib. 1.

Aliud.

D.X. Iudicem secundæ instantie nulliter pro-
nunciasse: Primo, quia ex abrupto, in puncto non
submissio pronunciavit. Quia simul & semel pro-
pter & contrarieatem, super exceptione incom-
petentia & causa principalis, pronunciare non
potest, cap. exhibita. de Iudic. Felin in c. suborta. numero
3 de re iud. Deinde cum contra Iudicem exceptio
defectus iuriisdictionis opponitur, reiici illa tacite
per processum ad ulteriora non potest, sed re-
quiritur pronunciatio expressa, Roman. singul. 352.
Felin. dictio loco numero 6. Licer id alter decisum vi-
deatur in c. ex parte la. 2. Panorm. in c. cum super de ap-
pell. Verum his non obstantibus, nihilominus
X sentio.

sentio, dictam sententiam labe nullitatis carere. Præsuppono enim, Episcopo, tanquam proximo & ordinario, iurisdictionem ipso iure competuisse: quod autem Appellati eam declinare potuerunt, id ex facto litigantium, videlicet ex pacto de non appellando processit, eaque res non ius publicum, sed ius litigiorum continet. Licet igitur hanc pacti exceptionem Index proximus per definitiunam tacite simul reiecerit, tamen eo ipso non ius publicum, sive constitutionem, sed tantum ius partium habet. Certum autem est, † eam tantum sententiam, quæ contra ius constitutionum fertur, ipso iure nullam esse, quæ contra ius litigiorum fertur, valere, text. l. i. §. Item si contra quem sent. sine appell. rescind. Dd. in l. ait prætor. §. i. & in l. praeses. de re iudic. glossa & Dd. in l. prolatam. C. de sent. Et ab illa appellare necesse non est: ab hac, ne Rejudicatae autoritatem sortiatur, omnino est appellandum, d. l. i. §. cum contra. Capic. decis. i. n. 16. Deinde tantum illo casu, quando ipso iure iurisdictio non subsistit, per processum ad ulteriora, † incompetentiæ exceptio tacite reiici non potest: ac cum per exceptionem elidibili est, † tacita pronunciatio sufficit: Felin. loco. num. 5. vers. secundus casus. Concurrit, quod etiam à sententia vere nulla appellari possit: quamvis ut id fiat, necessarium non sit. Atque hoc casu appellatio † non tantum operatur effectum suspensum, sed etiam rescissum, quatenus de facto sententia processit, Franc. c. dilecto numero 15. de appellat.

Proinde nihil obstat, quo minus sententiam proximam valere, & appellationem ad Cameram deuolutam dicamus. Ut tamen super competentiæ proximi Iudicis hic pronunciemus, refagari videntur ipsi appellati, qui nec ab illius sententia, per quam exceptio incompetentiæ tacite reiecta grauatos conqueruntur, sed potius recte ea confirmari petunt, quo ipso exceptione in competentiæ renunciatione videntur: Atque enim subsequentes contrarii præcedentibus, faciunt videri recessum à præcedentibus l. 2. C. de his quæ vi metuque. l. si multier. ibi glossa verb. r. atum. eod. Quoad merita causæ principalis, Appellant vidua ius retrorahendi totum prædium feudale competere existimo, & subscribo sententie Domini Referentis, in eo, quod unus ex pluribus venditoribus, reliquis etiam repugnantibus, nedum conniuentibus, ex pacto reluete possit, quemadmodum & sententiam Domini Referentis, quod id pro parte fieri non possit, probo, & utriusque argumentis acquiesco.

Nostro casu vidua totum prædium merito ad indicatur: quia oblatio & depositio totius preci facta est, adeoque vidua totum prædium ex pacto reuenditioni adiecto, restitui postulat. Ad cuius postulationis demonstrationem pondero, verba conclusionis libelli, in secunda instantia produceti, videlicet, daß Rei der angekündigten Lösung / sonderlich so viel die Helfste belangt / Statt juthum schuldig. Quod dicit, der angekündigten Lösung / ea facta est ratione totius prædii. Deinde verbum, † Sonder-

lich/ sive præserum, utrumque casum comprehendit, tam quoad totum, quam quoad partem: gl. in l. quod si minor. §. restitutio. de minorib. Zabarell. in c. gratius numero 9. ibi addit. de sent. excommunic. Ad stipulatum, quod ex narratis petitio libelli intelligi debeat, in cuius libelli articulo 11. diserte est expressum daß Rei den von Steinberg den ganzen Meyerhoff abzutretten schuldig. Præterea cum contenta libelli, ex natura actions instituta, adjudicationem totius tantum induant, si priora desicerent: vel per verba clausula salutaris, in hac instantia totum simul petitum recte dicemus. Non aduersatur, in hac instantia tantum dimidiā partem precii petitam: Respondet enim, petitionem postremam ex prioribus dijudicandam, ut relueat huius instantiæ libellus, † qui semper ad commodum libellantis est interpretandus, l. qui intentionem. de iudic. Deinde expendendum, um demum per posteriora † à prioribus præsumptiue recedi, cum posteriora prioribus sunt contraria, d. l. 2. Cod. de his quæ vi metus. Pars autem † toti contraria non est, sed in eo continetur, sicut summa minor in maiore. Addatur, quod diuersitas instantiarum consideratur tantum, quoad diuersitatem processuum: Iura enim † par ium per instantiatum varietatem non mutantur. Adhuc quia mutatione petitionis, † mutationem libelli inducit: Idcirco cū in una causa diuersæ sint petitiones, prior, si libello conueniat super qualis etiam contestetur, attendi debet: quia tantum valere potest: cum p. st litis contestationem, mutatio libelli fieri non possit. l. edita. C. de edend.

Quod plus est: quamvis in sequente appellationis instantia, non deducta deduci, non probata probari possint, tamen aliud peti non potest: Iafred. Lanfranc. decision. 452. centur. 5. Hippolyt. de Marsili. singul. 240. Itaque si huius instantiæ petitionis, diuersa à prioribus censeretur, dubium non est, quia pro�is sit viciosa, quin & natura pacti de retrouendendo inspecta, nostro calu petitio nostri libelli, ipso iure nullius est momenti. E contra secunda instantiæ libellus maxime huic pacto conuenit. Sic quoties ab una sententia duæ appellationes interponuntur, † quarum una subsistit, altera non: non interpositionis ordo consideratur, sed attenditur saltem illa, quæ suum sortitur effectum: Ferrar. c. sua nobis. de appell. Mynf. obseruat. 7. centur. 1.

Denique in uniuersum receptum: quories in actu duo concurrunt, † quorum unum utile est, alterum inutile, valet actus, si unum per se, ad tandem actum sufficit. l. i. §. sed Pomponius, quod cum falso tutor. Bartol. l. i. de Edend.

In oblationis & depositionis excusione nihil impedit, pecuniam non à sola vidua, sed à tribus primis Actoribus coniunctim oblatam & depositam. Oblatio enim † vim solutionis habet, in qua non consideratur, à quo facta sit: sed an tatum facta sit, cum quilibet pro alio † etiam ignorance & iniuitu, cum effectu liberationis, solvere possit. l. soluer.

8. soluer. 53. l. solutione. de solut. Accedit, quod Reo-
rum plane non intersit, viduæ an sit pecunia, vel
79 alterius. Quemadmodum igitur de iure + alterius
excipere nequidem pars potest. Ita Iudex om-
nino non potest. l. vynica. ibi Casfr. num. 3. 4. C. vt que-
desunt ad part. W esemb. consilio 14. numero 68. Sed nec
releuat coniectura, quod consores viduæ suam
quotam, de prima deposita sorte receperunt: hoc
enim Reis tantum præjudicare potest, qui pecu-
niam accipere expresse recusarunt. Quo casu vel
sola realis oblatio sufficeret, idemque operatur,
quod Realis, cum legitima depositione coniuncta.
Eamque sententiam magis communiter re-
ceptam ostendit Gab. lib. 3. tit. de solut. conclus. 8. num.
1. Et ut rique iam d. obiectio plenius statuat,
80 accumuletur, quod depositio + periculum in cre-
ditorem transfert, & debitorem in bone fidei lu-
diciis (ad quæ casus noster pertinet) etiam ipso iu-
re statim liberat. l. in bona. de pecul. l. huiusmodi. §. qui
hominem delegat. 1. Sed etiam exceptio precii non
81 redditi, + appellatis superest, eamque etiam post
sententiam in executione opponete possunt: Gail.
lib. 2. obseru. 17. num. 8. Amplius non obstat secundæ
conventionis beneficium: quia, vt de illius virib.
(quæ quo ad Appellantem nostram ex iure feu-
dali inanis sunt) raceam, non est probata; quia sal-
tem copia producata.

Non obstat negatio Aetorum ad 13. Elisiuum,
quod videlicet Rei, primi emptores, nec filii, nec
hæredes sunt: Quamvis enim stricto iure verum
sit, in actu impugnato partem se fundare non pos-
se: Tamen Iudex ex officio potest. Bartol. in l. post
legatum, de his quib. vt indign. Gabr. lib. 5. de reg. iur. concl.
5. numero 58. Deinde nec impugnatio talis parti o-
best, cum ab ea desit Bellami. decis. 357. in fin. Aetor-
res autem nostri passim, præsertim vero in libello,
articul. 1. & 4. negant, Reos ex primo descendere
emptore: nec etiam leuis authoritatis Iuriscon-
sulti reperiuntur, qui pactum de retrouéndo
reale, non etiam personale existimat, Socin. Senior
consilio 80. vol. 3. Didac. Conar. lib. variar. resol. e. 8. Id-
que etiam in genere non prober, tamen quoies
hæredes primi emporis deficiunt, vel facultati-
bus lapsi sunt: pactum illud in subsidium, etiam
contra possessorem tenet, & ex eo viulis rei vendi-
cacio competit, Scophal. consilio 41. num. 5. libr. 1. Gra-
uet. consil. 201.

Postremo non aduersatur: sententiam Episco-
pi, quoad consortes viduæ, transisse in rem iudi-
catam. Etenim mihi videtur, viduæ appellatio-
nem, sententiæ vim in totum suspendisse, & effe-
ctum appellationis etiam ad cōtētos, quoad co-
rum commodum, pertinere. Cum enim ex plurimi-
bus consortibus unus appellari, si modo reliqui
taceant, nec sententiam expresse approbent, sen-
tentia in causa Appellationis pro Appellante la-
ta, etiam illis prodicit l. 1. 2. C. si viri ex plurib. l. si qui
separatim. §. vt ibi Bart. num. 1. & Ang. numero 3. de ap-
pell. c. una sententia, ibi Franc. eod. Nec necesse est, con-
sortes postmodum appellationem proseQui, cum
alioquin sententiam etiam pro illis, propterea

quod essent in lite ferre oporteret. Imo eo ipso,
quod Appellationi ab uno facta, reliqui non
contradicunt, simul appellasse, & in illius perso-
na appellationem prosequi consententur Franc. d lo-
co. vers. octauo requiritur Concludit cum Dn. Q. Sic:
Daf durch Richter voriger Instanz vbel gevrtheile/
wol davon appellirt/vnd das die Appellaten der ange-
kündigen Lösung stätt zuthun/vnd geflagten Meyer-
hoff gegen Erhebung der 700. Goldgilden, erstes
Kaufgelts/wider abzutreten/ auch die davon aufge-
habene Nutzung/ à tempore depositi pie. ii, zu er-
statten schuld g sem/2c. Compensatis Expensis.

Aliud, in eadem causa.

D.L. Vt Dominus Referens. Licet enim renu-
ciatum sub iuramento: Tamen considerat, quod
in eodem, nostri arbitri appellantur Commissarii
D. Præpositi Hildesheimensis: Ita quod à D. Præ-
posito, qui super litigiosis bonis iurisdictio-
nem habet, fuerint dati, aut potius delegati: non
autem solum consensi litigationem, tanquam
priuatorum, fuerunt assumpti: Ideo ab ipsorum
sententia appellati potuit, l. arbitro. qui satud. cog. 1af.
l. nemo potest. numer. 66. de legat. 1. Et quamvis dicitur,
quod partes iurant: Tamen non dicitur, quod
reuera iurant. Et si esset factum, tamen cum sen-
tentia commissariorum, + sine veris probationi-
bus, & sine cause cognitione sit lata, ei stari non
oportet, sed ipsorum arbitrium per superiorum e-
mendari potest c. 2. de re arbitri. ita demum. de arbitri.
Tacet interim, quod in compromesso non habe-
tur, d. Annam viduam, de beneficio appellationis
certioratam fuisse. Imo compromissum, + super 83
rebus Minotis immobilibus, per tutorem factum
sine decreto non subsistit, Bald in l. preses provincie.
numero 9. C. de Transact. l. non solum. & ibid Bald. Cod.
de præd minor. sine decret. non alien. Iason. in l. 2. numero
3. 4. de off. suis, cui mand. est iurid. Nam sicut Tuto-
res + transfigere non possunt. Ia nec compromit
tere: Bald. in d. l. preses. Quod adeo verum est, + vt 84
hoc ipsum non solum in bonis procedat, vbi Mi-
nor habet verum dominium: sed & in quib. quasi
dominium habet, Iason. d. l. 2. num. 5. per l. magis puto.
de reb. eor. &c. vnde videtur, d. Compromissum ex
parte viduæ non subsistere: quod dominis magis
cogitandum relinquit. Licet, quoad ceteros litigantes,
compromissum subsistat.

Quod ad Principalem causam, sentit, quoad
Actionem, cum Referente. Et hanc probatam. Et
tamen si Rei per secundum contractum probare
volunt, resolutionem locum non habere, quondiu
masculus superest: Tamen ille contactus apud a-
cta non est probatus, cum nuda copia, + sine ori-
ginali, nihil prober: auth. si quis in aliquo. de edend.
Quippe ex tenore eiusdem notorium, quondam
Henning von Steinberg, in secundum in illam con-
ventionem nunquam consensisse. Vnde ipsi, eius
que heredibus, talis conuentio non præjudicat:
Imo sine expreso d. Henning consensu, + ceteri 87
fratres istam alienationem in ex parte facere
non posuerunt, & amico. §. Tertiis filios, ibi Afflict. item §.

si de feud defunct controu si int. dom. quod merito Appellans vidua, eiusque filius, ad relutionem sint admittendi: An autem in totum, vel medietatem, dubitatur. Et hoc casu, si attendit primam conuentione, satis constare, solutionem d. pecunia in dividuam esse, quod pro parte solui non possit, ut per Referentem. Si vero secundam conuentione, quam Rei pro se allegant, attendit, liquet, Reorum parentes à priori conuentione resiliisse, & personarum seu diuisionem fecisse, seu separationem. Quod eo intuitu, respectu personarum, & diversæ obligationis, per quam separatio facta est talis numeratio iam dividua censei possit: quod merito d. vidua pro medietate ad lutionem sit admittenda l. cui fundus. ibi Bartol. de cond. & demonstr. Bald. in d.l. 2. in fin. C. de pact. inter empt. & vend. perl. cui usus fructus l. quod auem. §. 1. de in diem adiect. Alii s. enim secundo contra etu existente, vidua nunquam posset suam partem reluere: quod esset iniquum. Cum renunciatio feudi † per unum facta alteri, non noceat agnato, c. vnic. ibi Affl. numer. 10. de eo qui fin. fac. agnat. de feud pater. Et de eo videtur Correferens inniti. Cæterum cum considero, quod proximior agnatus † ad reuocationem feudi alienati admittatur, d. iam c. vnic. Affl. d. §. Tiriis filios. numero 5. & pecunia in hoc casu nostro, in totum obligata sit vel fuerit, hinc censem cum D.X. Relictam vidiam & filium in totum admittendar, vnde das Rei die Lösung jugeſtatten schuldig seyn. Cum percep: is fact: bus à die depositionis pecuniae Expensas compensat.

D.C. Cöcludit cum Q.X & D. Quia videt nullitatem per Dominos saluari.

D. à E. Concludit cum D.L.

Sententia.

VN Sich Anne weyland Henning vō St. Witib. & Consortis, Appellantis, eins wider Jobst Meyern & consortes, in Actis benenit Appellantis anders Theils. Ist allem fürbringen nach zu Recht erkannt / das durch Richter voriger Instansien obel geurtheilt / wodauon appelliert / vnd gedachte Appellant der angekündigten Lösung statt zuthun / vnd geflagten Meyerhoff / geg. in der Erhebung der 700. Goldgulden ersten Kauffgelt den Appellantin wieder abzutreten / auch die davon außgehabene Dividung / von Zeit an angebotenen vnd hin erlegten Kauffschillings / zuerst aften schuldig seyn. Als wir sie zu solchem allem hiemit condemnieren vnd verdammen. Compensatis Expensis.

V O T V M X X .

In Causa principis E.L.M.

Contra E.

S V M M A R I A .

1. *Litis pendentia, impedit litis ingressum.*
2. *Continentia causa absurdæ & inique non est dividenda.*

Primi matridati, die Tu. Cœnster verbangend dē
Anno 57 zu Regensburg.

Vnica hic obicitur exceptio, ad impedientium litis ingressum, † videlicet litis pendentia; ⁊ quod nimurum ante multos Annos lis sit instituta inter easdem partes, eadem de re, in prima conuentione, & 2. reconuentione: Igitur decisionem huius negotii ibi esse expectandam, ne continet † cause ab ēurde & inique dividatur, contra l. 2 nulli l. interdum Naut. Capon. Et sane qui nouerit causam primæ & secundæ con- & reconuentio- nis, negare non potest, in iisdem non pauca esse deducta, quæ ad hoc negotium plurimum faci- ant. Verum quia nuper in d. conuentione & reconuentione definitiue pronunciatum, nectamen ex sententiis latissim colligi potest, hanc etiam item, von den Schätzungen determinatam esse, per eas sententias: facile intelligitur, eam exce- ptionem non esse probatam: quia lis ibi non pe- pendit, vt ex euentu constat. Itaque non obstan- te ea exceptione, litis contestationem iniungen- dam esse Reis putat, prout Actoris procurator a- liquoties petiit, & in eiusmodi causis mandato- rum cum clausula, fieri consuetum esse, tradit Gail obseruat, 78 numero 6. lib. 1. vult etiam compen- sare expensas.

Omnium vota accesserunt sententiam Refe- rentis, & ex inquisitione aliorum Actorum inue- nit B. similiter processum in paribus causis.

V O T V M X X I .

In causa Nobilium D.

Contra H.

S V M M A R I A .

1. *Spoliatus ante omnia restituendus.*
2. *Exceptio spoliij, cum sit dilatoria, ante litis contestationem opponitur. & num. 5. Estq; litis finitæ ibi. Li- mitatur, numer. 7. 8. & 9.*
3. *Inhibitio si viri sive partibus sit, ab Actoribus non est commissum spoliij: Nec spoliatis tunc competit re- stitutio. num. 4.*
10. *Appellantis in hoc casu, quare in panam temere litigantium non sint condemnandi.*
11. *Exceptio non competentis iudicis perpetuū obstat.*
12. *Appellatio debet fieri gradatim, & si sit, omisso medio, ea est nulla. Et nisi iterum intra decendunt ad idoneum iudicem applicetur, erit deserta nu- mer. 13.*
14. *In omnibus casibus quibus proximior est inhabilis (in genere) appellari potest ad mediate superiorē.*

D. I. Referens. Videndum, an grauamen tale, vt recte appellatum? Quod est, se esse spolia- tos, † ergo restituendos ante omnia, secundum iura ⁊ vulgaria. Cum vero haec sit dilatoria, † quia ante li- tis contestationem opponi potest, Gail. obser. 75. num. 6. lib. 2. Sitque litis finitæ, Ludouic. ab Afisco. decis. 17. num. 3. part. 1. Ideo merito dici posset iudic- ces male iudicasse. Sed putat, de iure verius pro- nuncian-

Suncandum, male appellatum, bene pronuntiatum. Nam putat, Heimburgenses remedio *ca. redintegranda*, q. 1. Gail. d. obs n. 19. Et liceat Reis obiecerint spolium: Tamen quia à magistratu est inhibitum utrisque; t̄ ideo ab Actoriis non commissum spolium. Gabr. lib. 5. nu. 27. de restit. spol. Et notoria est ea inhibitio, ex confessione partium:

Ideo spoliatis t̄ tunc restitutio non competit, solum l. rem que nobis. nu. 20. C. de acquir. poss. Grauet. cons. 392 n. 6. Nec probata spoliatio, cum non sit spolium: Concludit, bene iudicatum. Cumq; iam Comites sint habiles, & non amplius in banno, vult causam remittere ad ordinariū, cum expensis. Vult etiam condemnare in pœnam temerariae appellationis (qua est 10. Marc Silbers) propter præjudicium alterius cauæ.

Saluis.

D.B. putat, petitionem ratione commissionis, denegandam, cum ordinarie fieri possit, & iuxta comp. om. ss. in summariorum erit processus. Quod ad exceptiones contra appellationem: non præsumi Comitem suspectum, videtur actum ex c. redintegranda: Exceptu de Syndico: allegat W. semib. consi. 35. nu. 7. part.. vbi de Syndico constituendo agit. Exceptio spoliū opponi debet: ante litis contestationem, l. exceptionem. Cod. de probat. l. fin. Cod. de except. Fallit: t̄ si Reus iussas item contestari, protestetur q; non velit recedere ab exceptionibus: Abb. inc. ex conquestratione. n. 6. de restit. spoliat. Ex cipiendo, t̄ esse obiectum spolium, quo casu locum non habet. Hartm. c. 7. tit. 1. de pœnitione Item, si t̄ agitur de proprietate & p. iuris. Damas. r. gul. 9. 28. in fin. c. dilectus de poss. prop. Itēm, t̄ vt Porcius reg. 44. limit. 14. Imo eo casu potius turbatio dicitur. Gud. cons. 62. num. 1. Heron. de monte Prix quest. 23. num. 22. Concludit, bene iudicatum, cum expensis. In pœnam, tamen temere litigii iuriū non potest conlennare, t̄ quia te p. attendunt bona fidei poss. sores.

D.L. putat: causam non deuolutam, & sic non competenter in iudicem Cameram: Quia potuerunt ad Cameram apellare. Inhibitionem non facere eum incompetenter. Deinde fuit Comes in banno: Sed non tempore sententiae, & sic Comes competens fuit. Cumque ea exceptio, t̄ non competens iudicis, (qua est obiecta contra Cameram) perp. tuo obstat, sitque idem, siue remittatur, siue non, malit retinere: Nec putat obstatre, quod de pœna mouetur: alias consenserit cum Dominis.

12. D.S. Appellacionem debere fieri gradatim t̄ & si fiat, om. sō medio, eam esse nullam, satis constat (vide Marant. fol. 636. Franc. c. dilecti. n. 2. de appell.) ideoque desideriam, t̄ nisi intra decendum iterum appelletur ad idoneum Iudicem. Franc. ibid. n. 13. circ. med. Cum vero hoc casu Iudex delegans vel committens, præcipuum grauamen ipse (assertum s. illicet spolium) intulerit, ex quo se fundat Appellans, & à quo grauamine principaliter appellatum, non puto inconveniens, quod non adiustum grauarem, sed proximum su-

periorem appellatum, ne videatur pronocatio facta ab eodem ad eundem, per id, quod dicitur: In omnibus casibus, t̄ quibus proximior est in habibiliis (i. genere) appellari posse ad mediatae superiorem: Abb. Franc. c. dilecti. la. 2. de appell. Marant. de Appellat. n. 364.

Deinde ad faciliorem causæ expeditionem facit: si præcedens sententia confimeretur, quam si causa non deuoluta pronuncie ut: Quia causæ nostra appellata, quæ est interlocutoria, remittenda esset ad mediatum, & ibi dictu i. i. nda, à qua iterum posset appellari & a me in principali intento: im nihil ageretur, per l. Imperatore ff. de appell. Franc. dicit loco. Cum itaque grauamina sint i. relevantia, vt patet ex causis, ante me deductis, similis re ectis, in principali pronunciare, vt a'ias.

D.Q. Respicit, q; præcipue per A. vel in es allegatur spolium, quo non sunt grauaria. Et ex officio posse ut pronunciari v. Q. Licet non sit pertinent, damit man den Parthenen auf den Sachen hoffe: Nec si tanti momentu, ut h. rectu camus.

Sententia.

13. N. Sachen ic. Ist D. Ramingern sein in der Supplication ic. be chchen begren abgeschlagen/ vnd von Amper wegen die am 18. Augusti Anno 7. fürbrachte grau mina, als vnerheblich nicht/sonder die Sach fur beschlossen angenommen / darauß allem furbringen nach zu Recht erkann / woig vortheil/obel davon appelliert/ cum expensis.

V O T U M XXII.

In causa K. contra X.

S U M M A R I A.

- 1 *Actio ex condicione certi generali, ex omni causa & contractu competit.*
- 2 *Actio ex constituto, dicitur constitutoria, ad. si. t̄. um non soluti. Et hoc inter mercatores frequens est.*
- 3 *Exceptiones omnes, principali competentes, et am. si. deuissori & constituentur.*
- 4 *Quod quis promittit pro alio, in dubio videtur promittere ut fideiussor.*
- 5 *Bartoli distinctione in l. stipulatus. S. possum viriliter, in fin. de verb. oblig. inter fideiussorem & constituentem que.*
- 6 *Promissio condicionalis, non est fideiussio.*
- 7 *Ius idem statuunt Dd. in quocunque constituerit debitorum alienum, quod in fideiussoribus qui se principales debitores constituerunt.*
- 8 *Protestatio vel testatio fideiussori, per debitorem facta quod creditori non soluat, eum non relevat nisi veritas ostendatur, & probetur.*
- 9 *Index ex officio in casu, quo quis ultra dimidium lessit est, rescindere debet contractum.*
- 10 *Executione non suspenditur per exceptionem indaginem altiorum requirentem.*
- 11 *Discussio debitoris principalis in constituto non habet locum. Limitatur ibi n. 12. 13. 14.*
- 12 *Denuntiatio principalis, ne soluat fideiussor, ipsum non excusat.*